

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Scientia universalis concionandi seu dictionarium morale - Cod. Ettenheim-Münster 88-91

P-Z - Ettenheim-Münster 91

Richard, Jean

[S.l.], 1776

S

[urn:nbn:de:bsz:31-110889](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110889)

Salus.

Obligatio et media illam operandi. Quo animo affectos esse oporteat illos, qui ei incumbunt. Obstacles, quae vincere debent, et errores, quos vitare debent, ut Salutis suae opus eis ad vota succedat: facilitas et difficultates, quae in eo occurrunt.

Sermo Primus.

Erunt prava in directa, et aspera in vias planas, et videbit omnis caro salutarem Dei. Luc. 3.

Pro Dom. 3.
Adventus
125. 1.

Magnas facilitates invenimus operandi salutem nostram sive respectu Dei, sive status nostri, sive temporis. Respectu Dei, nobis dat gratiam suam ad salutem nostram operandam; respectu status nostri, conditio, in qua nos posuit, media suppeditat ad eam operandam; respectu temporis, nullum est, in quo salutis viae nobis absoluta sint clausae.

Sermo Secundus.

Venit Joannes in omnem regionem Jordanis, praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. Luc. 3.

Pro Dom. 4.
Adventus.
139. 31.

Facilitas salutem aeternam consequendi non est adeo magna ac arbitramur. Si Deum offendimus, magna ei nobis praestanda sunt satisfactioes, prima ratio difficultatis salutis. Si mundum dileximus, et adhuc diligimus, magna nobis rumpenda necessitudines, secunda difficultas salutis.

Documenta moralia 150. 54.

Supplementum 166. 82.

Scandalum.

Scandalum activum et passivum.
Bonum et malum exemplum.

Sermo Primus.

Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Luc. 7.

Pro Dom. 2. Adv.
et pro Dom. in-
fra oct. Ascen.
167. 83.

Datur scandalum, quod Theologi passivum nuncupant, et aliud, quod activum vocant; ambo sunt iniustissima. Nihil in Jesu Christo est quod nobis exemplo et documento esse non debeat; iniuste ergo respectu nostri potest esse objectum scandali. Nihil

agere debemus, quod non referatur ad gloriam Jesu Christi, et bonum exemplum præbeat fratribus nostris: Injustè ergo ei et fratribus nostris anam candidi præbimus.

Sermo Secundus.

Profer. 3. 2^o heb
Dom. in Quadrage.
178. 112.

Omnia opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus. Matth. 23.

Nos tenemur nos utiles efficere iis, quibus cum vivimus, et magnum arcumam ipsis bona præstandi obsequia est, si ipsos ad Deum bonis exemplis Ducamus. Debemus Deo gloriam, quam meretur conciliare; et vera ratio id præstandi est vita pia et exemplaris.

Documenta moralia

Supplementum.

190 130
205. 156.

J.

Templa.

Sanctitas locorum Deo consecratorum, irreverentia et impietates, quæ in iis perpetrantur: magna mysteria quæ in illis peraguntur, caeremonia et actus Religionis quæ in iis exercentur.

Sermo Primus.

Pro Dedicatione
Ecclesie. Item
pro fer. 2. post Dom.
4. Quadrages.
207. 1.

Elegi et Sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, et permaneat oculi mei, et cor meum ibi cunctis diebus. 2. Paralip. 7.

Si Tempia sunt loca quæ Deus elegit ut in iis honoratur, oportet ea ingredi in Spiritu Religionis ad exhibendum ei honorem, qui ipsi debetur. Si Tempia sunt loca, in quibus oculos et cor suum aperit ad audiendas orationes fidelium, oportet ea ingredi in Spiritu collectionis et fiducia, ut accipiantur gratia, quos misericordia ipsius illis offert.

Sermo Secundus.

Pro festo Corporis
Christi.
218. 28.

Sibi sacrificabo hostiam laudis et nomen Domini invocabo. Psalm. 115.

Christus Jesus est in nostris Ecclesiis verè præbens sub hostiis consecratis, et ibi adert ut nobis benediciat et preces nostras audiat; et hæc Ius imita-